tendens manum adprachendit eum. & ait illi; Modice fidei
m̄ clii m̄ lxviii quare dubitasti. Et cum ascendissent in nauiculam. cessauit
uentus; qui autem in nauicula erant. uenerunt & adorauerunt
m̄ cliii m̄ lxviiii lu xxxvi eum dicentes; Vere filius di es; Et cum transfretassent. uene
runt in terram gennesar; & cum cognouissent eum uiri loci illius.
miserunt in uniuersam regionem illam. & obtulerunt ei omnes
male habentes; & rogabant eum. ut uel fimbriam uestimenti
eius tangerent; & quicumque tetigerunt. salui facti sunt;

XV m̄ cliiii VI m̄ lxxi

TUNC ASCENDERUNT AD EUM AB HIERO
solimis scribae & pharisei dicentes; quare discipuli tui transgre
diuntur traditionem seniorum. non enim lauant manus suas
cum panem manducant; Ipse autem respondens. ait illis;
quare & uos transgredimini mandatum di propter traditio
nem uestram. Nam ds dixit; honora patrem tuum & matrē.
& qui maledixerit patri uel matri. morte moriatur; Vos aut
dicitis. quicumq: dixerit patri uel matri munus quodcumq:
est ex me tibi proderit; & non honorificauit patrem suum
aut matrem suam; & irritum fecistis mandatum di. propt
traditionem uestram; Hypochritae. bene prophetauit de
uobis esaias dicens. Populus hic labiis me honorat. cor aut
eorum longe est a me; sine causa autem colunt me. docentes
doctrinas mandata hominum; & conuocatis ad se turbis.
dixit eis; Audite & intellegite; Non quod intrat in os coin
quinat hominem. sed quod procedit ex ore hoc coinqui
m̄ clv X S nat hominem; Tunc accedentes discipuli eius. dixerunt ei;
scis quia pharisei audito uerbo scandalizati sunt. At ille re
spondens ait; Omnis plantatio quam non plantauit pater
m̄ clvi V lu lvii meus caelestis. eradicabitur. Sinite illos. caeci sunt duces
caecorum; Caecus autem si caeco ducatum praestet. ambo
m̄ clvii VI m̄ lxxii in foueam cadunt; Respondens autem petrus. dixit ei;